

Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Exterminatione Mali, Et Promotioне boni - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1613

Mortificationem esse homini apprimè necessariam. Cap. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](#)

Ierem.
48.49.Iob 7.16.
Psal. 118.
81.
Psal. 83.
3.
Gregor. S.
mor. 6.13.Bern. ser.
11. in
Psal. 90.Cassian.
col. 21. c.
5.Gregor. S.
mor. 6. 8.Psal. 53.
8.2. Cor. 4.
10.Math.
16.24.Lucas 14.
33.
Basil.
reg. 8.
Ius. diff.

non irridetur. Quæ enim seminatur homo, hæc & metet. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem. Item & Ieremias, dum ait: Maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine.] Nam seminare in carne est operibus carnis insistere: quo nomine vniuersa peccata notantur: & prohibere gladium à sanguine, est mortificationis gladium in abstinendis illicitis sanguine signatis non occupare, sed eum ociosum, & rubigine obdutum tenere. De secunda vero, quæ propter dominum quædam licita relinquimus, gloriatuer Iob, qui de se ait: Desperati, nequaquam vlt̄rā iam viuam.] Gloriat & David: Nam defecit, ait, in salutari tuō anima mea.] Et iterum: Concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. Quid enim aliud est iustum desperare, inquit Gregorius, nisi praesentis vitæ bona, aeternitatis elecitio defecere? Et quid est in atria Domini concupiscere, & deficere, nisi propter amorem aeternorum, in amore temporalium etiam nobis concessorum non perdurare? Necessitas autem hūis duplicitis abnegationis colligitur ex eo quod Bernardus ait, duas esse hominis vias, quarum altera vocatur necessitas, altera vero vocatur cupiditas. Necessitas ea, quæ ad viatum, ad vestitum, ad congruam communitatem necessaria sunt, postular; cupiditas ea, quæ luxu & ostentationi seruunt, efflagitat. Has duas vias duplex mortificatio dicta rectificat. Nam mortificatio in illicitis cupiditatē comprimit, ut non eamus post concupiscentias nostras: mortificatio vero in licitis necessitatē angustat, ut paucis contenta res parum necessarias omittat. Estaute apprimè utile nonnulla licita abstinere, non solum ut consilia sestantes abundantiorē mercedem accipiamus, verum etiam ut assueti ad relinquenda licita, quæ placent, facilius illicita, cum nos infestas tentaverint, relinquamus. Vnde Cassianus egregie ait: Non tam laudabile est si ab illicitis, quam etiam si à licitis temperemus, & his propter eius reverentiam non utramque, quæ ea nobis propter infirmitatem nostram utenda permisit. Et Gregorius: Solus in illicitis non cadit, qui se aliquando & à licitis caute restringit.] Qui ita in licitis se abnegat, potest cum psalmographo dicere: Voluntarii sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo, Domine, quoniam bonum est.] Ille quippe maxima cum perfectione voluntarii sacrificia offerte videtur, qui ad immolandum spirituales hostias, nec præceptis adiungitur, sed sola virtute amoris inclinatur.

Mortificatio tandem siue exterior, siue interior, siue illicita, siue nonnulla licita deferat, multa nominis fortis est, quæ vim eius, ac naturam significant. Vocatur enim mortificationis nomine, quo huc uifū vii sumus: vocatur etiam abnegatio, renuntiatio, spiritualis circumcision, ieunium, odium sui, violencia, crux. Primo nomine vius est Paulus, dicens: Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, ut & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris.] Hoc vero nomen optimè exprimit huius sancti studij qualitatem, quo vero mundo morimur, & à multis licitis sequestramur. Abnegationis nomen usurpat Dominus, dum ait: Qui vult venire post me, abneget segit ipsu[m].] Tunc enim nos negamus, cum nobis aliquid male, aut imperfætum in concupiscentiis per aduerbiū non respondemus, & à nostris concupiscentiis, desiderisque se Jungimur. Renuntiationis nomen etiam docuit ipse Dominus. Qui non renuntiat, inquit, omnibus que possidet, non potest meus esse discipulus.] Est igitur renuntiatio, ait Basilius, nihil aliud, quam vinculorum crassi huins, ac temporarie conuersationis absolu-

A

tio, quæ nos dum emancipat semel, ac subducit anxiis, & humanam vitam comitantibus negotiis, & promptiores, ac magis idoneos reddit ineundæ via ad Dei contemplationem recta prouochenti.] Circumcisio nomen à Paulo multis locis didicimus, cuius est illud: Circumcisisti circumcisione non manu facta in expoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi.] Merito autem hoc nomen mortificationi indidit, quoniam sicut abrogata circumcisione superflua carnis amputauit ita spiritualis circumcisionis a Christo in lege gratia retenta, superuacua mentis abscindit. Ieunium nomine meminit Dominus per Isaiam: Nonne, ait, hoc est magis ieunium, quod elegi: Disolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes.] Est ac si diceret: Ieunium mihi gratissimum est peccatorum funes exoluere, & desideriorū inaniū pondus abiicere. Et Augustinus in eodem sensu loquens, ait: Ieunium magnum, & generale est, abstinere ab iniuriantibus, & illicitis voluptatibus facili. Meminit etiam nomine odij, dicens: Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam eternam custodit eam.] Nam qui odio habet aliquem, eius frangit voluntatem, & vites eneruat: quia vero dum nos abnegamus, similia sensibus & concupiscentiis facimus, ideo aliquid nostri, scilicet quod inordinatum est, detestamur, ut quod potius, & excellens est diligamus. Nomen quoque violentiae ex doctrina ipsius Salvatoris accepimus, dicens: Quoniam regnum cœlorum vim patitur.] Audi ex Ambroſio quænam sit ista vis. Vis, inquit, menti affectur humana, quæ diuersis illecebris delicta labore fugit, voluptates experit, cum vel metu supplicij coercita, vel præmio provocata vincere ipsa lenitur, & tanquam exantlatis laboribus palmarum, quæ fibi plurimis aduersitatibus subtrahebatur eripere contendit. Actandum mortificationem sub nomine crucis nos docuit; nam ait: Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus.] De hac cruce, quæ in vera abnegatione posita est, gloriatatur Paulus, quando dicebat: Christo confixus sum cruci. Suscepito enim crucis, inquit Leo Papa, est interfectio cupiditatis, occisio vitiorum, declinatio vanitatis, & abdicationis omnis erroris.] Hanc ergo crucem ut hilariter suscipiamus; hanc violentiam ut nobis fortiter inferamus: hoc odium ut utrilibet admittamus: hoc ieunium ut sancte custodiamus; hanc circumcisionem ut cum fructu sustineamus: hanc abnegationem, & mortificationem ut strenue exercemus, eius tum necessitatem, tum dignitatem, ac præstantiam inuestigemus.

B

C

D

E

Mortificationem esse homini iusto appri-
mè necessariam.

CAP V T IV.

VID sit mortificatio vidimus. nunc eius necessitatem, atque præstantiam spiritualem tenendam, & ad perfectionem aſſequandam videamus. Licet enim ex his, quæ haecenus diximus, satis perspecta esse potest, tamen res tanta distinctius & explicatiū tractanda est, ut nos ad mortificationis amorem & studium allicit. Mortificatio in ipso vita spiritualis ingredi omnibus à Domino præcepta est, fine qua nemo vitam hanc inchoare, aut prosequi, aut consummare præsumat; quia statim atque eam defecerit, & suis concupiscentiis adhæserit, ab eo, quod

addeptus

Colloq. 2.
11.Isaie 58.
6.August.
trah. 17.
in Ioann.
25.Matth.
11.12.
Ambrili.
5. in Lu-
cam ad
finem.Matth.
10.38.Leo ser. 1
de resur-
rectione.

Exodus 3.
5.
Isaiah 5.
16.
Genesis 17.
14.
*Cyprian lib.
de cardinali oper.
Christi ser.
de circumcis.*
*Bernard ser.
1. de circumcis.*
1. Timothy 6.
Jeremiah 4.
4.
Ezechiel 44.9.
Hier. ib.
*Autor.
23.*
Ioel 2.

ad eprus fuerat, bono disceder. Nam quod iussum est Moysi & Ioseph accedentibus ad Dominum, omnibus etiam iustis sine dubio precipitur. Quid dictum est illi ad visionem ardentes ubi pergent? Certe: Ne appropites hac: sole calceamentum de pedibus tuis, locus enim in quo stas, sanctus est: Idem omnino praeceptum omnibus iustis indicatur: ut sciant se in loco sancto stare, si vitam sanctam, Deoque consecratam colere incipiant; ac proinde debere ipsos calceamenta soluere, id est, affectus omnes carnis deponere, & actus vita veteris retractare. Carnalis profecto circumcisio tam sine vila dispensatione veteribus Israëlitis intonata est, vt dicat Dominus: Masculus, cuius præputij caro circumcisio non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irratum fecit.] Sed non minus districte nobis circumcisio spiritualis iniungitur, quam spissitus noxia & superflua relectemus. Idque perficiunt testif Cyprianus ita scribens: Vbi Christus Dominus venit, de quo in capite libri scriptum erat, ut in morte sua, Patri voluntatem impleret, cesserunt sacrificia: nec iam truncationem præputij Euangelium imperavit, sed circumcisio cordis, & omnem tam membrorum, quam affectionum petulantiam gladio spiritus resecari, immutabili decreto mandauit. Et ad idem Bernardus: Et nos fratres, inquit, circumcidisti necessis est, & sic nomen salutis accipere. Circumcidisti sanè non littera, sed spiritu & veritate: circumcidisti non vno membro, sed toto corpore simul. Atque infra: Quæ est mortalis circumcisionis nostra, nisi quam commendat Apostolus? Vicitum, iniquis & vestitum habentes, his contenti sumus.] Oprime prorsus circumcidit nos, & superflua relectat vanuerfa, voluntaria paupertas, ponentia labor, regularis obseruatio disciplina. Audi hanc circumcisionem præceptam apud Ieremiam: Circumcidimini Domino, ait, & auferre præputium non carnis, sed cordium vestrorum.] Apud Ezechielem quoque: Omnis alienigena in circumcisionis corde, & in circumcisionis carne non ingredietur Sanctorium meum.] Cot, inquit Hieronymus, circumcidimus cultello Dei, & auferunt de corde nostro præputium, quando turpes cogitationes nequaquam exirent de corde nostro, nec de nobis dicitur: Impinguatum est cor populi huius, & auribus suis grauter audierunt.] Ergo & caro similiter circumciditur, vt nequaquam faciamus terrena opera, quæ pre necessitate corporis facere compellimur, cibum capere, & potum, & somnum, & vi vestibus, quæ tunc circumcidimus, si non ad delicias, & ad luxuriam, & ad inertiam, sed ad necessitatem naturæ, & corporis istius sustentaculum cuncta faciamus.] Sicut ergo pueri apud Hebreos, auctore Euthymio & Theophilacto, prius carnaliter circumcidebantur, quam nomen sui gentis acciperent, ita iusti prius debent se ipsos spiritualiter circumcidere, hoc est, se ipsos abnegare, quam militum Christi nomen obtineant. Atque adeò magna est mortificationis necessitas, quam non iam nomen perfecti, aut nomen spiritualis viri, sed etiam nomen Christiani videtur supponere. Incassum enim hoc nomen accipit, qui virtute Christi opera carnis non negat, & quæ à Christo separant, non abscindit.

Omnibus itaque tam imperfectis, quam perfectis spiritualis circumcisione, id est, mortificatio, quæ illicita & superflua resecet, necessaria est. Vnde peccatoribus dicitur per Iocleum: Conuertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio, fletu, & planctu. Iusto vero pro-

Amittit Dominus per Davidem: Cum ipso sum in tribulatione.] Peccator ergo cōuersus & iustus, licet à Domino dilectus, in dolore sunt, uterque habet quod amputet, utrumque cruciat circumcisionis dolor, siquidem ille in ieiunio, & fletu, & planctu vivit, & hic in tribulatione degit, à qua necesse habet haberi. Christus princeps noster caput est gloriosum beatorum & viatorum: sed non eodem modo se beatis, ac viatoribus exhibet. Illos enim forma glorie, quam nunc habet, abunde lexit, ita ut vero faciem spitis illitam, sanguine perfusam, & lacrymis irrigatam ostendit. Illi secundum id quod vident, semper gaudent, semper latentur: isti secundum id quod mente considerant, semper vacuunque manent, semper desiderio crucem imitantur succendentur. Nam ignominiosum esset illis, dū libi representatur Christus non circumdatus gloria, sed spinis coronatus, si cuperent gloria potiri, & non dolorum eius imitatione, quam abnegatione possident, coronari. Dauidem in Sæule fugientem, & in speluncâ Odolla latitante non laeti, sed tristes quærant, non mundi latitudinem habentibus, sed mundi persecutionem patientibus imperat. Denique cōuenient ad eum omnes, qui erant in angustia constituti, & oppressi a christo, & amaro animo, & factus est eorum princeps.] Ita Christo adhuc in Téotorio Ecclesiae manenti non seipso mundi commodis & propria voluntate latentes, sed se ipsos abnegantes & duriter tractantes, adhaerent. His sunt in angustia constituti, nam propter amorem perfectionis cordis mortificati, tristitiam voluntariæ suscipiunt. Hi sunt ære alieno oppressi, quos suorum peccatorum debita, ad sui mortificationem, id est, ad debitorum evolutionem sollicitant. Hi sunt amaro animo, quibus curæ est seipso in amaritudine constituer, ut filij resuscitationem, id est, animi feruorem, & vitæ perfectionem à verò Eliseo, nempe à Christo, consequantur. Hós Christus in deserto huius mundi degens vocat, & dicit illis: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos:] alacres verò secundum mundi latitudinem non vocat, sed illis. Væ, nimis luctum & tristitiam, annuntiat. Væ vobis, inquit, qui habetis consolationem vestram. Væ vobis, qui saturati estis, quia esurietis. Væ vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis.] Ilti, qui rifiui, & cachinnis vacant, & suæ voluntati obsecantur, licet statu ad regnum Christi pertinente videantur, tamen vita conuerlatione non Christo, sed mundo, non viris spiritualibus, sed mundanis iunguntur. Quibus optimè contentit illud, quod quidam Israëlite è Babylone ad suam patriam translati dixerunt: Et nunc sicut carnes fratrum nostrorum, sic carnes nostræ sunt: & sicut filii eorum, ita & filii nostri:] Nam ad vitam religiosam, vel spiritualem translati, ob suam desidiam non plus diuinæ consolacionis, quam saeculares percipiunt. Sicut illi nihil spirituale sapient, ita & iisti: sicut illi in spiritu, mācie attenuantur, ita & iisti præ imbecillitate tabescunt: sicut filii illorum, id est, affectus Babylonie seruunt, ita affectus illorum rebus mundanis famulati coguntur. Non propter hoc reliquimus mundum, sed ut ab illo elongari, nec eius recordationem admittamus. Huic enim vita finis est, vt Cassianus ait, omnes nostras mortificare & crucigere voluntates, ac secundum Euangelicae perfectio[n]is salutare mandatum, nihil de crastino cogitare. Absurdum est autem, & sati miserum in arrepto melioris vita proppiso solo corpore, & non omnino permaneant.

Vis videre quæm vetum sit, quod immortificati solo corpore, & non mente in vita spirituali perma-

*Psal. 90.
15.*

*1. Reg.
22.2.*

*Matth.
11.18.*

*Luke 6.
24.*

*2. Esdra
5.5.*

*Cass. col.
19.6.8.*

neant,

neant? Sanè nihil illius, nisi solam externam formam videntur induere. Nam educti ex Ægypto vita profana, & in Sanctorum conuerstationem translati via sua delere renuant, quorum fraudibus iam alia vice decipiuntur. Præcepit Dominus filis Israël, ut delerent genres, terram libi datam occupantes: quibus minimè iussa complentibus comminatus est, dicens: Noluistis audire vocem meam; cur hoc fecistis? Quamobrem nolui delere eos à facie vestra, vt habeatis hostes. & dij eorum sint vobis in ruinam.] Eodem modo repidus comminatur, qui nolunt suas frangere voluntates, & suos sensus & affectus cohibere. Eorum namque proprie voluntates, & propri affectus, sunt hostes, qui quotidie suos seruatores inquietant, & non semel in peccata deiciunt. Ab istis ergo hostibus decepti sunt, vt postquam se Deo confesserunt, mundo seruant, & nos secundum Deum, sed secundum hominem vivant. Perscrutemur quidnam sit secundum Deum & secundum hominem vivere, vt quod dicimus euidenter astruamus. Ille secundum hominem vivit, inquit Prosp[er], qui secundum seipsum vivit; quia & ipse homo est, & secundum seipsum vivit. Qui si potuerit, est cum quibus vult, pergit quò vult, dormit quando & quandiu vult, loquitur quæ vult, & vbi vult, mandat, & bibit quando & quod vult, & quantum vult: rider, ac latrare inter quos vult: postremò, quicquid naribus suave est, quicquid tactu blandum, quicquid oculis delectabile, quicquid ceteris sensibus carnis suæ iucundum, exercet, ac sequitur, qualiter vult, qui omnia licita & illicita carnaliter vult.] Si illici, qui non se mortificant, hæc omnia faciunt, & propriam voluntatem, regulam suorum operum habent, manifestum est, quia secundum hominem vivunt. Pergat ipsis sanctus doctor, & quid sit vivere secundum Deum nobis edicat. Qui, ait, secundum Deum vivit, non quod eum carnaliter delectat, sed quod ædificat spiritualiter, facit, & omnia desideria carnis spiritualis desiderij delectatione compefit; futura præsentibus anteponit, carnem spiritui subdit, & quicquid cupit, aut agit, non vult ex sua, sed ex Dei sui voluntate procedere, cui placere totis viribus concupiscit.] Longè profecti ab istis actibus sunt, qui se ipsos palpant, & in nullo suis desideriis contradicunt. Non igitur secundum Deum vivunt, atque adeò externam tantum spiritualis vitæ vestem induit, & operibus carnis occupati, se esse, quod non sunt, apertissimè mentiuntur. Curat hoc diabolus, vt non iam in saeculo tantum, sed in verbis quoque Domini, id est, in familiis Domino consecratis habeat non paucos, qui ei tributa persolvant. Curat hoc, vt homines desidiae afflent, & inermes facile (data occasione) ad se transferat, & peccati seruos efficiat. Cauerat Philistium, ne forte facerent Hebrei gladium ac lanceam.] Ita nituntur dæmones, ne ad Deum transmigrantes instrumenta bellandi, id est, exercitia mortificationis, habeant, quibus poterunt se è manus hostium eripere.

Si vero hi, qui mortificationem non colunt, vitam carnalem agunt, facile intelligetur, quoniam pauci omnia vita spiritualis bona, quam profiteri voluerunt, ipsis deficient. Neque enim sani sunt, qui tot ægritudinibus animæ laborant, & tot doloribus ex immoderato amore, & inordinata tristitia, ex effrenata, & ex multiplici alia affectione manantibus agitantur. Neque sani esse possunt, quoniam, vt etiam nouit Plato, sicut à corporibus, ita & ab animis noxia & superflua auferenda sunt, vt sanitas cupita proueniat. Qui autem nolunt mortificationis beneficio se ipsos frænare, & noxiæ ac superfluaæ affectiones

A amouere, quomodo sanitatem acquirent? Vt in corporibus, inquit Basilius, necessariò & demi illa debent, quæ superuacanea sunt, & quæ absunt apponi: sic idem quoque nobis in animis nostris seruandum est, vt quæ aliena sunt, scilicet amandemus, & quæ idonea scilicet amemus.] At tepidi & immortificati pacem habere non possunt. Pacati enim non erunt, quos tot hostium, id est, inanum desideriorum clamores exagitant, quos tot intestina contrariorum appetitus bella molestant. Et bestiæ terra, inquit Iob, pacificærunt tibi, & scies quod pacem habeat tabernaculum tuum.] Duni ergo bestiæ terra, id est, cordis nostri passiones non pacamus, frustra in tabernaculo mentis pacem habere contendimus. Virum pacificum elegit Dominus, vt magnificum sim templum extrueret. Atque ideo iste est fermo eius ad Dauidem: Filius qui nascetur tibi, erit vir quietissimus: faciam enim eum requiescere ab omnibus iniunctis suis per circuitum. Ipse adificabit domum nominis meo.] Nec satis fuit ad illud templum ædificandum bellare, sed necesse fuit iam bellasse, & pacem per circuitum quasiuisse; & nos putamus non iam in ipso bello, quando aliquid terra subegimus, sed ante omne bellum, quando hostes nostri, id est, immoderati sensus, & affectus nos possident, perfectionis templum ædificare, & locum ubi cum Deo conuersemus, inuenire. Toto calo eramus, & nos ipsos manifestè decipimus. Nam cœlestis illa cognitio, quæ non solum intellectum erudit, sed assida cum Deo colloquia parit, & saporem illum abconditum in affectum transfundit, illis tantum conceditur, qui mortificatione se mundant, qui omni impunitate (quantum possunt) se vacuant, vt nectar illud cœleste percipient. Nemo enim, inquit Cassianus, in vas factitum atque corruptum, vnguentum aliquod nobile, aut mel optimum, aut pretiosi quicquam liquoris infundit. Facilius enim, quamvis odoratissimam myrrham semel horrendis imbuta fastoribus testa contaminat, quam ut aliquid ex ea suavitatis aut gratia ipsa cōcipiat: quia multò citius mūda corrūpuntur, quam corrupta mundātur. Ita igitur & vas pectoris nostri, nisi prius fuerit ab omnifeciencia vitiorum contagione purgatum, non merebitur suscipere illud benedictionis vnguentum, de quo dicitur per Prophetam: Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenta eius. Nec illam scientiam spiritualis, & eloquias scripturarum, quæ sunt [dulciora supermel, & fauum,] impolluta seruabit.) Sicille. Ex quibus liquet, ad initium & finem spiritualis vita, mortificationem necessariam esse. Initium enim est, secundum Deum velle vivere; finis autem sanitatem animi, id est, perfectionem adipisci, & ad iugitatem diuinæ præsentia, & assiduitatem purissimæ orationis venire. At qui se non abnegant, non solum ad finem non veniant, verum etiam nec huius viae initia capessunt.

B Qui ergo volunt in spirituali vita non in vanum laborare, & aliquos in via Dei progressus facere, in studium propriæ abnegationis diligenter incumbant. Sciant se inter Angelos, & bruta animalia nature positos, quorum extremerum aliquid, vt media participant, & si cupiunt per spiritalem vitam ad Angelorum imitationem transferri, necesse est ut illud extenuent, quod est sibi bestiæque commune. Nullus enim potest vni extremo appropinquare, quin se ab alio disingat. Mortificatione vero hominem à corpore, id est, à bestialibus motibus separat, vt ad spirituum imitationem accedat. Cognoscant etiam sine mortificationis studio minimè posse se diuinitas spiri-

tus com

Iudic. 2.
2.Prophet
lib. 3: de
vita con-
templati-
onis1. Reg. 13.
19.Plato in
Gorgia.Basil. re-
gal. vls.
fussum di-
sput.Iob 5.23.
1. Paral.
22.9.10.Cass. cel.
14.c.14.

Psal. 12.

11.

Psal. 18.

tus comparete. Sicut enim qui diuitias congregat, parua non despiceret, sed obolos etiam, & minima quaque coaceruat; ex quibus multiplicatis solet magnus thesaurus conflari; ita qui virtute dives esse gestis, in omnibus se abneget, & minimas quoque se mortificandi occasiones fuscipiat, ut magna congerat virtutis augmenta. Modica scilicet detracatio non modicum afferit mensis detrimentum. Sic modica propriae abnegationis praetermissio, quae seminis vicem obtinet, non parium afferit profectus spiritualis iacturam. Et quidem Dominus magna solet his dona negare, qui vel in modicis siam mortificationem negligunt, & cor a mundi cupiditatibus elongare contemnunt. Nam dona, ut sine dona, nequaquam debita sunt. Non autem mirum, si ei, qui parcus est in minoribus, quo satis se patrum amoris habere demonstrat, id quod non est debitum, denegetur. Mortificationi ergo nostrae totis viribus intendamus, ne amabili, propter quem omnia demisimus, fine frustremur. Cuique statui sua refectio conuenit, & infantibus late opus est, at perfectos viros magis solidus cibis delectat. Sicut autem futurae vite, cuius causa laboramus, perpetua delectatio & eterna fructus, cibus est, ita praefente vitam non delectatio, sed mortificatione sustentat. In cuius signum Deus primis nostris parentibus arborem scientie boni & mali interdixit, lignum vero vita concessit. Et nobis ergo ad sumendum cibum non alia, quam arbor vite conceditur. Hæc autem, ut inquit Ambrosius, crux est Christi, ex qua si ponam abnegationis accipiamus, & a prauis nostris affectibus fugiamus, certissime in perpetuum viuemus. Putent insani homines, & iuxta legem carnis viventes, quod nos mortificatione perimit, quia ad horam carnem nonnullo pallore afficit, & nos modestia seruientes a laudibus humanis abscondit; putent, inquam, hoc nam certum est quod ipsi falluntur, & nos mortificatione non morimur, sed viuimus; non quoad aliquid bonum, sed quoad detestabile, inordinatumque perimus. Putabant Aegypti quia filii Israël essent observatione circumcisio, & sanguinis effusione morituri, at contraccedit: nam observatione precepti non attulit illis mortem, sed vitam. In cuius attestacionem dixit illis post circumcisionem Dominus: Hodie abstuli opprobrium Aegypti a vobis.] Ac si diceret: Certe vidistis, quia fiscato Iordan in hanc regionem transiustis, & terram vobis promissam occupasti, & in ea tanquam in terra vobis pacifica circumcisisti, & per tres dies sine ullo timore, donec sanaremini, quieuisisti: non ergo ad mortem eduxi vos ex Aegypto, ut vestri oppressores dicebant, sed vt liberi & liberti vitteretis. Ita & a nobis spiritalem circumcisionem id est, mortificationem colenibus, in mundi opprobrium auferetur quia mundani videbunt nos per abnegationem nullo modo vitam perdidisse, sed vitam carnalem, & Deo inuisam pro vita spirituali & Deo grata communuisse.

*Mortificationem viri iusti esse Deo
gratissimam.*

CAPUT V.

SI mortificatione nobis necessaria est, constat eam Deo esse gratissimam, quem, ut amatorē humani generis, omnia nostra bona delectant. Pater enim filii habens dilectissimum morbo grauiissimo laborentem, & extrellum spiritum agentem, anidissime cupit, & querit medicinā, quā illū, quem vnicē amat,

A in tanto discutimine constituto subueniat: inventani maximo etiam pretio mercatur, & omnibus suis bonis praefert, tanquam vitam filio dilectissimo, & salutem allaturam. Deus autem Pater noster est; pater utique misericordiarum, & Deus totius consolacionis, qui secundum misericordiam suam magnam, regenerauit nos in spem viam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis.] Et nos filii eius sumus, qui per Christum accepimus potestatem, filios Dei fieri; sed filii agroti & infirmi, quos si gratia, ac participatio diuinæ perfectionis viuificat, at morbus somnis, & peruerforum appetitum excruciat. Signati sumus in illo filio mulieris matris familiæ, cuius erat languor fortissimus,] quia ardentissima concupiscentiarum febre languens. Sed medicina hiūus ægritudinis, ut supra diximus, mortificatio est, quæ vulneribus nostris medetur, tumores pellit, & animum salutem restituit. Hanc ergo paternoster celestis magni astimabit, & si nos eam animosè acceperimus, gratissimum obsequium habebit. Voluntas nostra rem insuare oris admouere recusat; sed si eam vicerimus, & propter amorem Patris & Dei nostri amaram potionem abnegationis acceperimus, obsequium ei acceptissimum exhibebimus. Nihil enim, ut Ricardus Victoria ait, ita flagrat Domino in odorem suavitatis, quam si maectetur ei vitulus propriæ voluntatis. Sed quam accepimus erit hic voluntatis proprie vitulus, si illum in amplectenda mortificatione tam nobis necessaria maectemus, & si dum perpetuo nos colibemus, cum in iuge sacrificium conuertamus.

C Est autem hoc loco quid admirabile, & interioris hominis palato suave, in quo quam gratum sit Domino, quod nobis imperemus, satis elucet. Nam quemadmodum si parvulus filius vi imbecillitatis oppressus cibum salutarem auerteret, qui simul sic in orbi medicina, solet pater primogenito filio, & vxori, & famulis imperare, ut cibum illum in conspectu egrotantis gustent, & laudent, quo ab illo metum auferat, eumque ad gustandum allicit: ita Dominus vere pater hominis infirmi, quem saluare desiderat, cibum mortificationis maioris filio, & vxori, & domesticis suis gustandum obtulit, ut homo imperfectus tot exemplis prouocatus, ad illum cibum sumendum assurgat. Annon Christus Filius est æterni Patris? Et

D quidem filius primogenitus, & non quemadmodum nos adoptione, sed natura: de quo ait: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.] At ipse, ut Patris voluntatem impletat, quid ait? Calicem inquit, salutaris accipiam, & potum scilicet passionis & crucis, in qua me sacrificabo hostiam landis. Nec contentus accipere, potum etiam crucis laudat, ut nos bibere vereamur, & dicit: Calix meus mebris quam præclarus est!] Annon Ecclesia vxore est Dei? Et sancte, illa de qua David ecclit: Vxor tua sicut vitis abundans, in lateribus domus tuæ.] Sed illa ab ipso sua conditionis exordio, Deo ita ordinate, calicem laborum bibit, & persecutionem passa est. Quod & ipsa vitis simili tudo demonstrat. Nam sicut vitis putanda est, ut fructus suaissimos ferat: ita & Ecclesia pressuras, & afflictiones subire debet, ut abunde fructificet. Audi ipsam persecutionem sustinenter, & calicem doloris bibentem: Filij matris meæ pugnauerunt contra me.] Quia Iudei, ut Bernardus exponit, filii Synagoge, ex qua principiū Ecclesiam principio in capite, & progressu temporis, in membris persecutionem excitarunt. Persecutionem autem à Iudeis ceptam gentes roborare perficerunt, & heretici continuare non cessant, ut semper calicem doloris bibat, & tribulationem patiatur.

1. Cor. 1.
3.
1. Petr. 1.
3.
12. Ioan.
1.12.

3. Reg. 17.
17.

Ricar. in
Psal. 28.
in illud:
Et com-
minuet:
ut virtu-
lum Li-
bani, &c.

Mate. 17.

Psal. 149.

1. Psal. 149.

Psal. 22.

5.

Psal. 127.

Cant. 5.

1.

Bern. ser.

29. in
Cant.